

IUSTITIA ECCLESIASTICA ET VERITAS*

1. Anno praeterito, in sessione inaugurali tertii Symposii Iuris Canonici in hac sede habiti, de relatione ius canonicum inter et caritatem in activitate tribunalium ecclesiasticorum (seu vere de relatione inter iustitiam ecclesiasticam et caritatem) locutus sum, aliquas ad rem assertiones ex Magisterio recentiorum Romanorum Pontificum citando¹.

Interea insignis Encyclica *Veritatis splendor* diei 6 augusti 1993 omnibus nobis nota devenit, in qua Ioannes Paulus II momentum ac vim veritatis extollit et ad eidem oboediendum exhortatur². Quod factum impellit me ad ingrediendam hodie quaestionem de relatione iustitiam apud tribunalia ecclesiastica administrandam inter et veritatem. Etiam hac in re aliquas ex principalioribus assertionibus Magisterii Pii XII, Ioannis XXIII, Pauli VI et Ioannis Pauli II in lucem ponere velim, quae in Allocutionibus eorundem Romanorum Pontificum ad Rotam Romanam inveniuntur³.

* Discursus inauguralis in quarto Symposio Iuris Canonici habitus, quod in loco v. d. Spišské Podhradie (Slovachia) diebus 22-26 augusti 1994 celebratum est.

¹ Textus eiusdem discursus invenies in lingua latina in *Periodica* 83 (1994) 9-17 et in *Ius et Iustitia. Acta III Symposii Iuris Canonici anni 1993*, Spišská Kapitula 1994, pp. 24-30, hic idem discursus habetur etiam in versione slovacha (pp. 31-36).

² AAS 85 (1993) 1133-1228.

³ Assertiones in lingua italica prolatae in latinum sermonem vertam. In notis autem citabo textum originalem.

Pius XII

2. Pius XII in celebri Allocutione diei **1 octobris 1942** (in qua egregie conceptus certitudinis moralis exponitur) Iudicibus Rotae Romanae, Sanctum Thomam revocans, dixit: «...*veritas est lex iustitiae. Mundus eget veritate quae est iustitia, et illa eget iustitia quae est veritas*»⁴.

3. In Allocutione autem die **1 octobris anno 1944** habita idem Romanus Pontifex tria ad veritatem quod attinet excellenter in lucem protulit, nempe:

a) «*In processu matrimoniali finis unicus est iudicium conforme veritati ac iuri*», qui finis «in causa nullitatis refertur ad assertam inexistentialitatem vinculi coniugalis, in processu informativo de vinculo solvendo ad existentiam vel minus praesuppositorum quae necessaria sunt ad solutionem vinculi». «Aliis verbis, finis est cum auctoritate in certo collocare veritatem, eandemque et ius quod ei correspondet mittere in vigorem relate ad existentiam vel permanentiam coniugalis vinculi»⁵.

b) *Singulae personae quae partem gerunt in causa tractanda* — scilicet iudex, defensor vinculi, promotor

⁴ «...la verità è la legge della giustizia. Il mondo ha bisogno della verità che è giustizia, e di quella giustizia che è verità» (AAS 34, 1942, 342, n. 5).

⁵ «Orbene, nel processo matrimoniale il *fine unico* è un giudizio conforme alla verità e al diritto, concernente nel processo di nullità la asserita non esistenza del vincolo coniugale, nel processo informativo *de vinculo solvendo* la esistenza, o no, dei presupposti necessari per lo scioglimento del vincolo. In altri termini, il fine è l'accertare autorevolmente e il porre in vigore la verità e il diritto ad essa corrispondente, relativamente all'esistenza o alla continuazione di un vincolo matrimoniale» (AAS 36, 1944, 282, n. 1).

iustitiae, advocatus, necnon partes, testes et periti, evidenter unusquisque proprium specificum munus exercens — «*suas cogitationes, volitiones, aliosque actus ad causam spectantes ad hunc finem dirigunt eique subordinant*»⁶.

c) «*Obligatio iuridico-moralis sequendi talem directionem in processu matrimoniali ex iure divino derivatur. Etenim contractus nuptialis... ordinatur et determinatur non voluntate hominis, sed Dei. Summa gravitas huius obligationis... semper firmiter affirmanda et inculcanda est*»⁷.

Ioannes XXIII

4. Ioannes XXIII, ad Rotam Romanam die 13 mensis decembris anno 1961 loquens, strictam notavit connexionem inter «*salutem animarum*», ad quam tendere debet opera tribunalium ecclesiasticorum, et «*ministerium veritatis*»,

in quo ministerio non solummodo iudex partem habet, sed etiam defensor vinculi, promotor iustitiae et advocati⁸.

⁶ «L'indirizzo personale si ha mediante la volontà dei singoli che hanno parte nella trattazione della causa, in quanto essi dirigono e subordinano ogni loro pensiero, volere e atto nelle cose del processo al raggiungimento di quel fine» (*ibid.*, 282, n. 1). Haec necessitas cooperandi ex parte singulorum, qui in processu partem gerunt, ad praedictum finem consequendum ample explicatur *ibid.*, 283-288, n. 2.

⁷ «L'obbligo giuridico-morale di mantenere tale indirizzo, deriva nel processo matrimoniale dal diritto divino. Infatti il contratto nuziale è... ordinato e determinato non dal volere umano, ma da Dio... L'alta gravità di quest'obbligo... deve essere sempre fortemente affermata e inculcata» (*ibid.*, 282, n. 1). Cf. etiam *ibid.*, 283, n. 2a.

⁸ «Questo è il movente di tutta l'azione spirituale della

Paulus VI

5. In Allocutione ad Tribunal Rotae Romanae diei **11 ianuarii anni 1965**, Paulus VI iudicibus, vel potius iis qui instructionem causarum peragunt, necessitatem indicavit ut habeant «*animum veritatis ad monendos coniuges, vel quamcumque partem in causa, de non decipiendo Iudice divino, pro Quo momentum habet solummodo veritas obiectiva, illa quae reapse inhaeret factis*»⁹.

6. Alia in occasione, die nempe **23 ianuarii anno 1967**, idem Petri Successor ab administratoribus iustitiae exegit, saltem implicite, testimonium illius iustitiae quae ex lege evangelica derivatur et hanc ob rationem profunde supremas veritatis exigentias persentit: certitudinem enim expressit se invenire in iis qui opus praestant apud Rotam Romanam «*testimonium comprobatum illius iustitiae... quae, quatenus derivata est ex lege evangelica, ad experiendas conducit in eo qui eam exercet supremas veritatis exigentias*»¹⁰.

Chiesa nel tempo: la salvezza delle anime, *salus animarum*... E questo è lo spirito che informa l'azione dei Tribunali della Chiesa, e, di conseguenza, del giudice ecclesiastico, del difensore del vincolo, come del promotore di giustizia e degli avvocati. È *ministerium veritatis*, perché tende primieramente alla salvezza dell'anima di chi ha bisogno di questi tribunali» (AAS 53, 1961, 819, n. 3).

⁹ «In... fase di istruttoria sarà dunque necessaria grande oculatezza e prudenza da parte vostra, per evitare che ogni ingiustizia possa prendere consistenza; sarà necessario il coraggio della verità, per ammonire i coniugi, o qualunque parte in causa, che non si inganna il Giudice divino, per il Quale ha valore soltanto la verità oggettiva, quella inerente alla realtà dei fatti» (AAS 57, 1965, 235).

¹⁰ «...sicuri d'avere in loro [persone, che fanno dell'amministrazione della giustizia, in nome della Sede Apostolica, la loro

7. In Allocutione autem diei **27 ianuarii 1969** de «*servitio pastoralis veritatis*», ex parte tum tribunalis Rotae Romanae tum suiipsius, locutus est¹¹.

8. Tractans, in Allocutione diei **29 ianuarii 1970**, de quaestione magis ampla, quae tamen et iudices ecclesiasticos respicit, de relatione nempe libertatem inter et legem, Paulus VI animadvertit: «...*conscientia... devenit magis evoluta et operans in libertate quae a veritate vinculatur*»¹²; et dein, mentem propriam vertens ad assertam libertatem quae esset contra auctoritatem, verba citat Concilii Vaticani II de: «*Ecclesia,... quam Salvator noster... in perpetuum ut columnam et firmamentum veritatis erexit*» (LG 8)¹³.

9. Sanum extollens formalismum iuridicum, in iudicio canonico sequendum, idem Romanus Pontifex, in Allocutione die **28 ianuarii 1971** habita, asserit: «*Non proinde lex pro lege, non iudicium pro iudicio, sed lex et iudicium ad serviendum veritati...*»¹⁴.

10. Alia in Allocutione, diei nempe **31 ianuarii**

professione], sia come singole persone, sia come corpo forense, una testimonianza vissuta di quella giustizia... che per essere derivata dalla legge evangelica fa sperimentare in chi la esercita le esigenze supreme della verità e le urgenze fraterne della carità» (AAS 59, 1967, 143).

¹¹ «...volentieri vediamo in cotesto Sacro Tribunale riflesse alcune di quelle virtù cristiane delle quali vogliamo... che sia rivestito il Nostro apostolico ufficio. Servizio innanzitutto di carità... Servizio poi pastorale di verità...» (AAS 61, 1969, 176).

¹² «...coscienza, ...diventa più sviluppata e operante nella libertà vincolata dalla verità» (n. 3a, in AAS 62, 1970, 115).

¹³ «La Chiesa, ...che il Salvatore nostro... costituì per sempre colonna e sostegno della verità» (n. 3b, *ibid.*, 116).

¹⁴ «Non la legge per la legge, dunque, non il giudizio per il giudizio, ma legge e giudizio a servizio della verità...» (n. 4c, in AAS 63, 1971, 140).

1974, Paulus VI «*respectum erga veritatem*» enumerat inter «*valores absolutos obligationis moralis*»¹⁵.

11. De M.P. *Causas matrimoniales*¹⁶ ad Rotam Romanam die **30 ianuarii 1975** loquens, Summus Pontifex dixit: «*in simplicioribus normis nunc introductis pro pertractatione causarum matrimonialium intenditur huiusmodi exercitium expeditius reddere, et exinde magis pastorale, quin id normis veritatis et iustitiae praeiudicium afferat, quas processus honeste sequi debet*»¹⁷.

12. Aliis verbis, illae simplices normae «*emanatae sunt plena in reverentia erga essentialem finalitatem operis iudiciarii et quapropter in conscientia tale examen causae peragere permittunt ut semper sit possibile emittere decisiones conformes veritati obiectivae*»¹⁸. Huic animadversioni, quae invenitur in Allo-

¹⁵ «Ricordando, da un lato, certi valori assoluti dell'obbligazione morale, come... il rispetto alla verità...; e, dall'altro, vorrete considerare la soverchia facilità con la quale l'uomo moderno... sia poi intimamente tentato, e talora vulnerato da un relativismo sistematico, che lo piega alle scelte più facili della situazione, della demagogia, della moda, della passione, dell'edonismo, dell'egoismo, così che esteriormente tenta di impugnare la "maestà della legge", e interiormente, quasi senza avvedersi, sostituisce all'impero della coscienza morale il capriccio della coscienza psicologica» (AAS 66, 1974, 87).

¹⁶ AAS 63 (1971) 441-446.

¹⁷ «Tutto questo dice... come nelle semplificazioni ora introdotte nella trattazione delle cause matrimoniali si voglia rendere tale esercizio più agevole, e perciò più pastorale, senza che ciò abbia da recare pregiudizio ai criteri di verità e di giustizia, ai quali un processo deve onestamente attenersi» (AAS 67, 1975, 183).

¹⁸ «Ora tutti questi provvedimenti... sono stati studiati ed emanati nel pieno rispetto dell'essenziale finalità del lavoro giudiziario e consentono, pertanto, un coscienzioso esame delle cause, in modo che sia sempre possibile emettere pronunce conformi alla verità oggettiva» (AAS 70, 1978, 183).

cutione diei **28 ianuarii 1978**, praecedit illa generica: «*Lex canonica iter praevidet exactis normis signatum — nempe “processum” — quod iter veluti binarium est percurrendi, cuius assis est ad amussim veritatis obiectivae perquisitio et cuius terminus recta est iustitiae administratio*»¹⁹.

Ioannes Paulus II

13. Maximam tamen attentionem momento veritatis pro activitate iudiciali Ecclesiae tribuit auctor Encyclicae *Veritatis splendor*, seu Ioannes Paulus II. Ipse enim duas Allocutiones ad Rotam Romanam — illas nempe annorum 1980 et 1994 — huic specifica quaestioni dedicavit. Praeterea pluribus aliis in Allocutionibus aliqua ad rem animadvertit.

14. Iam in prima sua Allocutione, diei nempe **17 februarii 1979**, loquebatur de «*munere iudiciario Ecclesiae ad inserviendum veritati*»²⁰.

15. In memorata autem Allocutione diei **4 februarii 1980** — quam evidenter solummodo per summa capita exponere possum — Joannes Paulus II:

a) Primum, citatis aliquibus textibus Sacrae Scripturae, notat: «*His et aliis textibus Sacrorum Librorum perspectis, theologi et canonistae, tam mediaevales quam moderni, ad affirmandum perveniunt*

¹⁹ «...la legge canonica prevede un cammino segnato da norme precise — il “processo” appunto —, che è come un binario di scorrimento, il cui asse è precisamente la ricerca della verità oggettiva ed il cui punto terminale è la retta amministrazione della giustizia» (*ibid.*, 182).

²⁰ «...sono lieto di questa occasione che mi permette di incontrare, per la prima volta, coloro che incarnano per eccellenza la funzione giudiziaria della Chiesa al servizio della verità» (AAS 71, 1979, 422).

iustitiam relatione dependentiae denotari erga veritatem: "Veritas — asserit famosum axioma canonistarum — est basis, fundamentum seu mater iustitiae"; et pariter sese expresserunt theologi, duce S. Thoma, cuius mentem in compendium Pius XII reduxit, firmiter affirmans "veritatem esse iustitiae legem" et deinde explicans: "Mundus eget veritate quae est iustitia, et illa eget iustitia quae est veritas"»²¹.

b) Postea, mentem ad activitatem iudiciale Ecclesiae vertens, docet: *«in omnibus processibus ecclesiasticis veritas esse debet, ab initio usque ad sententiam, fundamentum, mater et lex iustitiae»*²².

c) Dein, ad processus nullitatis matrimonii sermonem limitans, haec quattuor generica ad rem notat:

- *«Finis immediatus eorum processuum est existentiam vel minus factorumprehendere quae, per legem naturalem, divinam vel ecclesiasticam, invalidum reddunt matrimonium, ita ut perveniri possit ad emanationem sententiae verae et iustae circa assertam non existentiam vinculi coniugalis»*²³.

²¹ «Ispirandosi a questi e ad altri testi dei Libri Sacri, teologi e canonisti, sia medievali che moderni, giungono ad affermare che la giustizia ha un suo rapporto di dipendenza nei confronti della verità: "Veritas — asserisce un famoso assioma canonistico — est basis, fundamentum seu mater iustitiae"; e parimenti si sono espressi i teologi, con a capo S. Tommaso, il cui pensiero sintetizzò Pio XII affermando con vigore che "la verità è la legge della giustizia", e poi commentando: "Il mondo ha bisogno della verità che è giustizia, e di quella giustizia che è verità"» (n. 1, in AAS 72, 1980, 173).

²² «In tutti i processi ecclesiastici la verità deve essere sempre, dall'inizio fino alla sentenza, fondamento, madre e legge della giustizia» (n. 2, *ibid.*). Cf. etiam *ibid.*, 175-176, n. 6.

²³ «Fine immediato di questi processi è di accertare l'esisten-

- «*Iudex canonicus... ligatur proinde veritate, quam inquirere curat cum sedulitate, humilitate et caritate*»²⁴.

- «*Et haec veritas "liberabit" (cf. Io 8,32) eos qui recurrunt ad Ecclesiam*» dubio perturbati de esistenza vel minus vinculi matrimonialis²⁵.

- «*Ad limitandos quam maxime margines erroris... Ecclesia rationem procedendi elaboravit... in ordine ad deprehendendam veritatem obiectivam*»²⁶.

d) Denique — semper relationem veritatem inter et iustitiam in ordine ad sententiam ferendam prae oculis habens — Summus Pontifex de tribus quaestionibus specificis agit:

- Momentum extollit periodus instructoriae processus: «*Omnes actus iudicii ecclesiastici, a libello usque ad scripturas defensionis, esse possunt et debent fons veritatis; sed praesertim id esse debent "acta causae", et inter ea "acta instructionis causae", quia instructio uti finem specificum habet illum colligendi*

za o meno dei fatti che, per legge naturale, divina o ecclesiastica, invalidano il matrimonio, cosicché si possa giungere all'emanazione di una sentenza vera e giusta circa l'asserita non esistenza del vincolo coniugale» (*ibid.*).

²⁴ «Il Giudice canonico... è, quindi, legato dalla verità, che cerca di indagare con impegno, umiltà e carità» (*Ibid.*).

²⁵ «E questa verità "renderà liberi" coloro che si rivolgono alla Chiesa, angosciati da situazioni dolorose, e soprattutto dal dubbio circa l'esistenza o meno di quella realtà dinamica e coinvolgente tutta la personalità di due esseri, che è il vincolo matrimoniale» (*Ibid.*).

²⁶ «Per limitare al massimo i margini di errore nell'adempimento di un servizio così prezioso e delicato qual è quello da voi svolto, la Chiesa ha elaborato una procedura che, nell'intento di accertare la verità oggettiva, da una parte assicuri le maggiori garanzie alla persona nel sostenere le proprie ragioni, e, dall'altra, rispetti coerentemente il comando divino: "Quod Deus coniunxit, homo non separet"» (*Ibid.*).

probationes circa veritatem facti asserti, ut iudex, super hoc fundamento, sententiam possit pronuntiare iustam»²⁷. In hoc ordine Joannes Paulus II momentum indicat iuramenti atque necessitatem ut omnes qui in processu interveniunt nec veritatem prodant quam credunt esse obiectivam nec propriam conscientiam²⁸.

- Considerationes facit quoad necessitatem «*certitudinis moralis circa veritatem vel existentiam facti*» in ordine ad sententiam iustam ferendam²⁹, inter alia asserens: «*...iudex sese limitare nequit ad credendum solis assertionibus; immo prae oculis habere debet quod in instructione causae veritas obiectiva offuscari potuerit varias ob rationes, uti sunt oblivio aliquorum factorum, eorum subiectiva interpretatio, incuria et aliquando dolus et fraus. Necessarium est, ut iudex cum sensu critico agat. Munus arduum, quia errores multi esse possunt, dum autem veritas est unica*»³⁰.

²⁷ «Tutti gli atti del giudizio ecclesiastico, dal libello alle scritture di difesa, possono e debbono essere fonte di verità; ma in modo speciale debbono esserlo gli “atti della causa”, e, tra questi, gli “atti istruttori”, poiché l’istruttoria ha come fine specifico quello di raccogliere le prove sulla verità del fatto asserito, affinché il Giudice possa, su questo fondamento, pronunziare una sentenza giusta» (n. 3, *ibid.*, 174).

²⁸ *Ibid.*

²⁹ «Ognuno deve arrivare, se possibile, alla certezza morale circa la verità o esistenza del fatto, poiché questa certezza è requisito indispensabile affinché il Giudice possa pronunziare la sentenza» (*ibid.*, 175, n. 5). De hac certitudine agunt *ibid.*, 174-176, nn. 4-6.

³⁰ «Il giudice non può limitarsi a dar credito alle sole affermazioni; anzi deve avere presente che, durante l’istruttoria, la verità oggettiva possa essere stata offuscata da ombre indotte per cause diverse, come la dimenticanza di alcuni fatti, la loro soggettiva interpretazione, la trascuratezza e talvolta il dolo e la frode. È necessario che il giudice agisca con senso critico.

In quo munere cooperari debent etiam advocati, defensor vinculi et promotor iustitiae, qui omnes «*servire debent veritati, ut triumphat iustitia*»³¹.

- Praemisso quod «*administratio iustitiae Iudici concredita servitium est veritati*»³² quodque «*per... legem [naturalem vel divinam positivam vel canonicam quae nullum reddit matrimonium] transitus fiet a veritate facti ad iustitiam vel agnitionem eius quod debetur*», Romanus Pontifex asserit: «*Gravia et multiplicia sunt officia Iudicis erga legem*» et large agit de illo «*primo et maximi momenti, quod ceterum secum fert omnia alia: fidelitas!*». Agitur de fidelitate «*legi, ab illa divina naturali et positiva ad illam canonicam substantialem et processualem*»³³.

Compito arduo, perché gli errori possono essere molti, mentre invece la verità è una sola» (*ibid.*, 175, n. 5).

³¹ «Ad aiutare quest'opera delicata ed importante dei giudici sono ordinate le "defensiones" degli Avvocati, le "animadversiones" del Difensore del Vincolo, l'eventuale voto del Promotore di Giustizia. Anche costoro nello svolgere il loro compito, i primi in favore delle parti, il secondo in difesa del vincolo, il terzo in "iure inquirendo", devono servire alla verità, perché trionfi la giustizia» (*ibid.*).

³² Cf. notam sequentem, et etiam *ibid.*, 178, n. 9 initium.

³³ «L'amministrazione della giustizia affidata al Giudice è un servizio alla verità... Occorre... che la parte attrice possa invocare a suo favore una legge, la quale riconosca nel fatto allegato un motivo sufficiente, per diritto naturale o divino, positivo o canonico, ad invalidare il matrimonio; attraverso questa legge si farà il passaggio dalla verità del fatto alla giustizia o riconoscimento di ciò che è dovuto. Gravi e molteplici sono, perciò, i doveri del Giudice verso la legge. Accenno soltanto al primo e più importante, che d'altronde porta con sé tutti gli altri: la fedeltà! Fedeltà alla legge, a quella divina naturale e positiva, a quella canonica sostanziale e procedurale» (*ibid.*, 176-177, n. 7). De hac fidelitate agunt etiam *ibid.*, 177-178, nn. 8-9.

16. In Allocutione die **24 ianuarii 1981** habita, in qua sermo est de tutela iuridica familiae in activitate iudiciali tribunalium ecclesiasticorum³⁴, Ioannes Paulus II praeliminariter necessitatem indicat considerandi veritatem revelatam pro dirimendis quaestionibus vitalibus: «*Concilium Oecumenicum Vaticanum II assuefecit nos ad inspiciendum hominem, ...in ordine ad auxilium eidem praestandum in eius problematibus existentialibus solvendis, in luce veritatis a Christo revelatae*»³⁵.

Dein momentum extollit legis, rectae doctrinae Ecclesiae et sanae iurisprudentiae in ordine «*ad consequendam cognitionem veritatis obiectivae, id est existentiae vinculi matrimonialis, valide contracti, vel eius inexistentialitatis*», quae omnia considerat — verba Pauli VI supra memorata citans — «*veluti binarium percurrendi, cuius assis est ad amussim veritatis obiectivae perquisitio et cuius terminus recta est iustitiae administratio*»³⁶.

Atque animadvertit: «*Actio iudicialis tribunalium ecclesiasticorum matrimonialium... personae humanae auxilium praebere debet in inquirenda veritate obiectiva et in affirmanda hac veritate, ut ipsa cognoscere, vivere et efficere valeat propositum amoris quod Deus eidem assignavit*»³⁷.

³⁴ Cf. AAS 73 (1981) 229, n. 1.

³⁵ «Il Concilio Ecumenico Vaticano II ci ha abituati a guardare all'uomo, per conoscerlo in tutti i suoi problemi e per aiutarlo a risolvere i suoi problemi esistenziali con la luce della verità rivelataci da Cristo e con la grazia che ci offrono i divini misteri della salvezza» (*ibid.*, n. 2).

³⁶ Cf. *ibid.*, 232-233, n. 5.

³⁷ «L'azione giudiziaria dei tribunali ecclesiastici matrimoniali, alla stregua di quella legislativa, dovrà aiutare la persona umana nella ricerca della verità oggettiva e quindi ad affermare

17. Die **28 ianuarii 1982** ad Rotam Romanam loquens, idem Petri Successor sensum veritatis cum bono spirituali ita connecti videtur: «*Vestri muneris pondus tamquam mensuram habet momentum decisionum, quas vos vocati estis emitte cum sensu veritatis et iustitiae, in ordine ad bonum spirituale animarum, cum relatione ad iudicium supremum Dei: solum Deum prae oculis habentes*»³⁸.

Relate ad advocatos, dixit «*eos suis clientibus meliora servitia reddituros esse eadem mensura qua intra limites veritatis manere nitentur*»³⁹.

De promotore iustitiae autem: «*Si ipse officium persentiet petendi declarationem nullitatis, id faciet veritate et iustitia ductus; non ad indulgendum sed ad salvandum*»⁴⁰.

18. In Allocutione diei **26 ianuarii 1984** officium tribunalis vocatur «*nobilissimum ministerium servienti veritati in iustitia*»⁴¹,

questa verità, affinché la stessa persona possa essere in grado di conoscere, vivere e realizzare il progetto d'amore che Dio le ha assegnato» (*ibid.*, 233-234, n. 6).

³⁸ «Il peso del vostro ruolo si misura dall'importanza delle decisioni, che voi siete chiamati a prendere con senso di verità e di giustizia, in vista del bene spirituale delle anime, in riferimento al giudizio supremo di Dio: solum Deum prae oculis habentes» (AAS 74, 1982, 449, n. 2).

³⁹ «Penso al compito... degli avvocati, i quali renderanno ai loro clienti servizi migliori nella misura in cui si sforzeranno di rimanere entro la verità, l'amore della Chiesa, l'amore di Dio» (*ibid.*, 450, n. 3).

⁴⁰ «Se egli sentirà il dovere di avanzare una richiesta di dichiarazione di nullità, lo farà dietro la spinta della verità e della giustizia; non per accondiscendere, ma per salvare» (*ibid.*, 453, n. 10).

⁴¹ «Il vostro nobilissimo ministero di servire la verità nella giustizia» (AAS, 1984, 643, n. 1).

et iudex ecclesiasticus invitatur ne praescindat «a lege divina vel ecclesiastica nec a veritate»⁴².

19. Etiam in Allocutione diei **30 ianuarii 1986** activitas iudicialis indicatur tamquam «*servitium veritatis*»⁴³.

20. In illa autem diei **5 februarii 1987** Romanus Pontifex gratitudinem Rotae Romanae exprimit ob «*promissam fidelitatem Evangelio et Traditioni, conatui unitam ...funditus inspiciendi cognitionem authenticae condicionis humanae in luce Veritatis revelatae*»⁴⁴.

Ibidem principaliter principia servanda proponit ad vitandam aequivocationem in dialogo inter iudicem et peritum (psychiatram vel psychologum), quae «*faciliter conducere possit ad conclusiones falsas et damnosas pro vero bono personarum et Ecclesiae*»⁴⁵.

Uti «*ministerium veritatis... in Ecclesia et pro Ecclesia*» considerat — sicut patet ex contextu — etiam denegatam declarationem nullitatis matrimonii si huiusmodi declaratio postulatur ob praesupposita

⁴² «Il giudice deve agire imparzialmente, libero da ogni pregiudizio: sia dal voler strumentalizzare la sentenza per la correzione degli abusi, sia dal prescindere dalla legge divina od ecclesiastica e dalla verità, cercando solo di venire incontro alle esigenze di una male intesa pastorale» (AAS 76, 1984, 649, n. 8).

⁴³ «Essa [la vostra attività giudiziaria]... è servizio di verità» (AAS 78, 1986, 921, n. 1).

⁴⁴ «Vi sono grato anche della promessa di fedeltà al Vangelo e alla Tradizione, unita allo sforzo... di approfondire la conoscenza della autentica realtà umana alla luce della Verità rivelata» (AAS 79, 1987, 1454, n. 1).

⁴⁵ «Il dialogo tra giudice e perito, costruito su un equivoco di partenza, può infatti facilmente portare a conclusioni false e dannose per il vero bene delle persone e della Chiesa» (*ibid.*, 1455, n. 3).

psychologica inconciliabilia cum antropologia christiana: «*Ministerium est veritatis, quatenus genuitas salvatur conceptus christiani quoad matrimonium, etiam inter culturas et mores quae intendunt eum obscurare*»⁴⁶;

atque «*ministerium caritatis erga partes*» considerat casum in quo «*iisdem, ob amorem veritatis, denegari debet declaratio nullitatis...*»⁴⁷.

21. De munere defensoris vinculi in processibus nullitatis matrimonii ob incapacitatem psychicam agens, Ioannes Paulus II in Allocutione diei **25 ianuarii 1988** in memoriam revocat: «*Defensor vinculi, uti magistraliter notavit Pius XII*⁴⁸, *ad collaborandum vocatur in inquisitione veritatis obiectivae circa nullitatem vel minus matrimonii in casibus concretis... Eius specificum munus collaborandi ad detegendam veritatem obiectivam consistit in officio "proponendi et exponendi omnia quae rationabiliter adduci possint adversus nullitatem"*»⁴⁹; haud rectum exercitium ei-

⁴⁶ «L'arduo compito del giudice... è certamente un ministero di verità... nella Chiesa e per la Chiesa. È ministero di verità, in quanto viene salvata la genuità del concetto cristiano del matrimonio, anche in mezzo a culture o a mode che tendono ad oscurarlo» (*ibid.*, 1458, n. 9).

⁴⁷ «È servizio di carità anche verso le parti, alle quali, per amore della verità, si deve negare la dichiarazione di nullità, in quanto in questo modo sono almeno aiutate a non ingannarsi circa le vere cause del fallimento del loro matrimonio...» (*ibid.*).

⁴⁸ Cf. *supra* in textu n. 2b, atque nt. 6.

⁴⁹ «Il difensore del vincolo, come magistralmente notava Pio XII, è chiamato a collaborare per la ricerca della verità oggettiva circa la nullità o meno del matrimonio nei casi concreti... Il suo specifico ruolo nel collaborare alla scoperta della verità oggettiva consiste nell'obbligo "proponendi et exponendi omnia quae rationabiliter adduci possint adversus nullitatem"» (AAS 80, 1988, 1179, n. 2).

sdem muneris «*debiliorem redderet effectivam inquisitionem veritatis, quae esse debet semper “fundamentum, mater et lex iustitiae”*»⁵⁰.

Cum de veritate obiectiva sit sermo, velim notare eadem in Allocutione Romanum Pontificem — conceptum delineans normalitatis — *personam humanam considerare* non solummodo limitatam ad eius vitam terrenam et naturalem (uti saepissime fit in expositionibus psychologorum et psychiatrarum), sed *in eius integra veritate*, id est etiam in eius dimensione aeterna et vocatione transcendentali ad valores ordinis religiosi et moralis⁵¹.

22. In Allocutione die 26 ianuarii anno 1989 habita, Ioannes Paulus II, rationibus adductis, negat fundatam esse obiectionem, iuxta quam observantia normarum canonicarum quoad ius defensionis et praesertim quoad publicationem actorum ac sententiae «*obstaculum esse possit pro perquisitione veritatis propter recusationem testium collaborandi in processu huiusmodi in circumstantiis*»⁵²;

et inter alia ad rem animadvertit causas nullitatis matrimonii exigere «*perquisitionem veritatis peculiariter diligentem*»⁵³,

atque notat: «*fidelis, a iudice competenti legitime convocatus, oboedire et veritatem proferre tenetur... unusquisque audere debet propriam responsabilitatem*

⁵⁰ «Tale suo atteggiamento indebolirebbe la effettiva ricerca della verità, la quale deve essere sempre “fondamento madre e legge della giustizia”» (*ibid.*, 1185, n. 13; cf. etiam *supra*, nt. 22).

⁵¹ Cf. *ibid.*, 1180-1181, nn. 4-5.

⁵² AAS 81 (1989) 925-926, nn. 8-9.

⁵³ «Tali cause esigono... una ricerca della verità particolarmente diligente» (*ibid.*, 925, n. 8).

*assumere pro iis quae asserit, et timere non debet si revera veritatem dixit*⁵⁴.

Pro tribunali enim *«inquisitio veritatis obiectivae est res essentialis»*⁵⁵.

23. Die **18 ianuarii 1990** ad Rotam Romanam sermonem faciens, Romanus Pontifex inter alia dixit:

- *«Personae et familiae quae in condicione infelicitis conviventiae coniugalis inveniuntur... ius... habent ut non decipiantur sententia nullitatis quae in discordia sit cum existentia veri matrimonii»*⁵⁶;

- Caritas vel misericordia *«separari non possunt ab exigentiis veritatis»*⁵⁷;

- *«Matrimonium validum, etiam si gravibus difficultatibus signatum, invalidum considerari non possit, nisi violentia fiat veritati, et ita in discrimen vocetur unicum fundamentum solidum in quo regi potest vita personalis, coniugalis et socialis»*⁵⁸;

⁵⁴ «Ed è anche necessario ribadire che un fedele, legittimamente convocato dal giudice competente, è tenuto ad obbedirgli e a dire la verità, a meno che non sia esente a norma del diritto (Cf. c. 1548, § 1). D'altronde una persona deve avere il coraggio di prendere la propria responsabilità per ciò che dice, e non può aver paura, se ha davvero detto la verità» (*ibid.*, 926, n. 8).

⁵⁵ «Per cui [il tribunale] è essenziale la ricerca della verità oggettiva» (*ibid.*, 926, n. 9).

⁵⁶ «Persone e famiglie coinvolte in situazioni di infelice convivenza coniugale... il diritto, che pure esse hanno, di non essere ingannate con una sentenza di nullità che sia in contrasto con l'esistenza di un vero matrimonio» (AAS 82, 1990, 875, n. 5).

⁵⁷ «Queste [la carità o la misericordia], infatti, non possono prescindere dalle esigenze della verità» (*ibid.*).

⁵⁸ «Un matrimonio valido, anche se segnato da gravi difficoltà, non potrebbe essere considerato invalido, se non facendo violenza alla verità e minando, in tal modo, l'unico fondamento saldo su cui può reggersi la vita personale, coniugale e sociale» (*ibid.*).

- «*Viae quae a iustitia et a veritate seiunguntur fine finaliter contribuunt ad amovendas personas a Deo, seu effectum producunt oppositum ei quod in bona fide desiderabatur*»⁵⁹;

- Processum instituens, «*Ecclesia a sua missione caritatis et pacis non recessit, sed solummodo medium disposuit adaequatum pro... deprehensione veritatis*»⁶⁰;

- «*Deprehensio veritatis... est condicio indispensable iustitiae caritate animatae, et exinde etiam verae pacis*»⁶¹.

24. Praeter illam anni 1980, etiam — uti iam dixi — Allocutio die **28 ianuarii 1994** habita expresse veritati dedicatur, et pressius «*suggestivae relationi quae inter splendorem veritatis et illum iustitiae currit*»⁶². En praecipuae huius Allocutionis nostra in materia assertiones, quas iuxta meam ordinationem expono:

a) Iustitia et veritas:

- Iustitia veritatem participat et proinde qua talis «*habet etiam suum splendorem*»⁶³;

⁵⁹ «Le vie che si discostano dalla giustizia e dalla verità finiscono col contribuire ad allontanare le persone da Dio, ottenendo il risultato opposto a quello che in buona fede si cercava» (*ibid.*).

⁶⁰ Istituendo il processo canonico, «la Chiesa non ha rinnegato la sua missione di carità e di pace, ma ha soltanto disposto un mezzo adeguato per quell'accertamento della verità che è condizione indispensabile della giustizia animata dalla carità, e perciò anche per la pace» (*ibid.*, 876, n. 7).

⁶¹ Cf. nt. 60.

⁶² «Ma lo specifico riferimento... alla recente Enciclica *Veritatis Splendor* mi induce a trattenermi stamane con voi sul suggestivo rapporto che intercorre tra lo splendore della verità e quello della giustizia» (*L'Osservatore Romano*, 29 gennaio 1994, p. 5, n. 2).

⁶³ «Come partecipazione alla verità, anche la giustizia possie-

- Revocantur verba Pii XII: «*Mundus eget veritate quae est iustitia, et illa eget iustitia quae est veritas*»⁶⁴;

- «*Iustitia Dei et lex Dei vitam divinam reperiunt. Sed etiam iustitia humana niti debet ut reperiatur veritatem, eius participans splendorem. “Quandoque iustitia veritas vocatur”, in memoriam revocat sanctus Thomas, rationem huius assertionis advertens in exigentia iustitiae ut haec efficiatur secundum rectam rationem, id est secundum veritatem*»⁶⁵;

- «*Amor erga veritatem non potest non transferri in amorem erga iustitiam et consequenter in studium veritatem instituendi in relationibus intra societatem humanam*»⁶⁶.

b) Ordinatio iuridica (lex et applicatio legis) et veritas:

- «*Munus cuiuscumque ordinationis iuridicae... est servitium veritatis, “unicum fundamentum solidum in quo regi possit vita personalis, coniugalis et socialis”*»⁶⁷;

de un suo splendore, capace di evocare nel soggetto una risposta libera, ...nascente dall'intimo della coscienza» (*ibid.*, n. 1).

⁶⁴ *Ibid.* Cf. *supra*, nt. 4.

⁶⁵ «Giustizia di Dio e legge di Dio sono il riflesso della vita divina. Ma anche la giustizia umana deve sforzarsi di riflettere la verità, partecipando del suo splendore. “Quandoque iustitia veritas vocatur”, ricorda san Tommaso, vedendo il motivo di ciò nell'esigenza che la giustizia pone di essere attuata secondo la retta ragione, cioè secondo verità» (*ibid.*).

⁶⁶ «L'amore verso la verità non può non tradursi in amore per la giustizia e nel conseguente impegno di stabilire la verità nelle relazioni all'interno della società umana; né può mancare, da parte dei sudditi, l'amore per la legge e per il sistema giudiziario, che rappresentano lo sforzo umano per offrire norme concrete nella risoluzione dei casi pratici» (*ibid.*).

⁶⁷ «Compito di ogni ordinamento giuridico... è il servizio della verità, “unico fondamento saldo su cui può reggersi la vita

- «*Oportet, exinde, ut leges humanae in se referre appetant splendorem veritatis*»⁶⁸;

- «*Id valet etiam ad eorum applicationem concretam quod attinet*»⁶⁹;

- Quapropter «*cura legislatoris et administratorum legis erit, respective, emanare et applicare normas quae in veritate fundantur relate ad id quod debetur in relationibus socialibus et personalibus*»⁷⁰;

- «*Si administratores legis nitentur ad observandum habitum plenae dispositionis erga exigentias veritatis, in rigoroso respectu normarum quoad rationem procedendi*», benefici orientur fructus pro societate⁷¹.

c) Administri iustitiae et veritas:

- «*Omnis activitas Iudicis ecclesiastici... consistit in exercitio "ministerii veritatis"*»⁷².

- «*Necessarium est... ut ii qui in Ecclesia iustitiam administrant... ad perspicendam eius pulchritudinem perveniant. Inter alios, id eos disponebit ad aestiman-*

personale, coniugale e sociale» (ibid. Circa textum citatum, cf. supra, nt. 58).

⁶⁸ «È doveroso, quindi, che le leggi umane aspirino a rispecchiare in sé lo splendore della verità. Ovviamente, ciò vale anche della applicazione concreta di esse...» (ibid.).

⁶⁹ Cf. nt. 68.

⁷⁰ «Preoccupazione del legislatore e degli amministratori della legge sarà, rispettivamente, di creare et applicare norme basate sulla verità di ciò che è doveroso nelle relazioni sociali e personali» (ibid., n. 6).

⁷¹ «Se gli amministratori della legge si sforzeranno di osservare un atteggiamento di piena disponibilità alle esigenze della verità, nel rigoroso rispetto delle norme processuali, i fedeli potranno conservare la certezza che la società ecclesiale sviluppa la sua vita sotto il regime della legge; che i diritti ecclesiali sono protetti dalla legge; che la legge, in ultima analisi, è occasione di una risposta amorosa alla volontà di Dio» (ibid., n. 4).

⁷² Cf. infra, nt. 76.

das divitias veritatis novi Codicis Iuris Canonici, agnoscendo fontem eius inspirationis in Concilio Vaticano II»⁷³;

- Administri iustitiae debent fideles adhortari «*non solummodo ad exercenda iura ecclesialia, sed etiam ut conscii fiant propriorum officiorum in ordine ad ea fideliter adimplenda*». Id facientes «*plane ad hoc eos inducere volunt: ad experiendum personaliter et immediate “splendorem legis”*»⁷⁴.

d) Oratio in administranda ac fruenda iustitia et veritas:

- Ad perspicendam pulchritudinem iustitiae, de qua nuper mentionem feci, pervenitur «*per assiduum cum Deo colloquium in oratione*»⁷⁵;

- Cum omnis activitas iudicis ecclesiastici in exercitio «*ministerii veritatis*» consistat, «*Iudex non potest deficere in invocando “lumine Domini”, ut distinguere valeat veritatem singulis in casibus*»⁷⁶,

⁷³ «È necessario... che quanti, nella Chiesa, amministrano la giustizia giungano, grazie all'assiduo colloquio con Dio nella preghiera, ad intravederne la bellezza. Ciò li disporrà, tra l'altro, ad apprezzare la ricchezza di verità del nuovo Codice di Diritto Canonico, riconoscendone la fonte ispiratrice nel Concilio Vaticano II» (*ibid.*, n. 3).

⁷⁴ «La legge ecclesiastica si preoccupa di proteggere i diritti di ciascuno nel contesto dei doveri di tutti verso il bene comune... Quando i Pastori e i Ministri della giustizia incoraggiano i fedeli, non soltanto ad esercitare i diritti ecclesiali, ma a prendere anche coscienza dei propri doveri per adempierli fedelmente, proprio a questo vogliono indurli: a fare esperienza personale ed immediata dello “splendor legis”» (*ibid.*).

⁷⁵ Cf. *supra*, nt. 73.

⁷⁶ «Tutta l'attività del Giudice ecclesiastico... consiste nel esercizio del “ministerium veritatis”. In questa prospettiva è facile capire come il Giudice non possa fare a meno di invocare il “lumen Domini” per poter distinguere la verità in ogni singolo caso» (*ibid.*, n. 4).

- et etiam partes, interesse habentes, debeant
*«petere pro seipsis in oratione dispositionem animi ad
 acceptandam radicaliter decisionem definitivam»*⁷⁷.

e) Veritas et iustitia non semper sunt faciles:

- *«Veritas... non semper est facilis: eius affirmatio
 aliquando sat exigens apparet. Id tamen non obstat
 quin illa semper observari debeat in communicatione et
 in relationibus humanis. Idem valet pro iustitia et pro
 lege: etiam hae sese non semper faciles exhibent...
 Comprehenditur legislatorem exigere, quatenus neces-
 sarium, sacrificia etiam gravia a singulis»*⁷⁸.

f) Depravatio administrationis iustitiae si in veri-
 tate non fundatur:

- *«Abusus iustitiae pro utilitate individuali vel pro
 formis pastoralibus, forsitan sinceris, at in veritate non
 fundatis, tamquam consequentiam condiciones creabit
 sociales et ecclesiasticas diffidentiae et suspicionis»*⁷⁹;

- *«Praecavendum quoque est a tentatione adhi-
 bendi probationes et normas processuales tamquam*

⁷⁷ «A loro volta, però le parti interessate non dovrebbero mancare di chiedere per sé nella preghiera la disposizione di accettazione radicale della decisione definitiva, pur dopo aver esaurito ogni mezzo legittimo per contestare ciò che in coscienza ritengono non corrispondente alla verità o alla giustizia del caso» (*ibid.*, n. 4).

⁷⁸ «La verità tuttavia non è sempre facile: la sua affermazione risulta a volte assai esigente. Ciò non toglie che essa debba essere sempre rispettata nella comunicazione e nelle relazioni fra gli uomini. Altrettanto vale per la giustizia e per la legge: anch'esse non sempre si presentano facili... è ben comprensibile che il legislatore chieda, se necessario, sacrifici anche gravosi ai singoli» (*ibid.*, n. 5).

⁷⁹ «La strumentalizzazione della giustizia al servizio di interessi individuali o di forme pastorali, sincere forse, ma non basate sulla verità, avrà come conseguenza il crearsi di situazioni sociali ed ecclesiali di sfiducia e di sospetto» (*ibid.*, n. 3).

instrumenta ad obtinendum aliquem finem "practicum" qui fortasse "pastoralis" consideratur, cum detrimento tamen veritatis et iustitiae»⁸⁰. De hac re agens Romanus Pontifex, inter alia, citat ex propria Allocutione anni 1990 ea quae reproduxi supra sub n. 23 (secunda et tertia citatio)⁸¹.

g) *Formatio conscientiae et veritas:*

«Legitima auctoritas debet dein spondere et promovere rectam conscientiae personalis formationem, quia conscientia, si bene formata est, naturaliter veritati adhaeret et in seipsa principium oboedientiae advertit, quod eam ad normis legis se adaequandam movet»⁸².

Conclusio

25. Ea quae dixi non sunt expositio completa enuntiationum recentiorum Romanorum Pontificum in Allocutionibus ad Rotam Romanam de relatione veritatem inter et iustitiam. Etenim, in nostra quaestione etiam assertiones considerandae essent quae, etsi in iisdem vox *veritas* non adhibeatur, respiciunt v. gr.: obiectivitatem iudicii, eius impartialitatem, quali-

⁸⁰ «Doverosa è pure la messa in guardia nei confronti della tentazione di strumentalizzare le prove e le norme processuali, per raggiungere un fine "pratico" che forse viene considerato "pastorale", con detrimento però della verità e della giustizia» (*ibid.*, n. 5).

⁸¹ *Ibid.*

⁸² «L'autorità legittima dovrà poi impegnarsi e promuovere la retta formazione della coscienza personale (*Veritatis splendor*, n. 75), perché, se ben formata, la coscienza aderisce naturalmente alla verità ed avverte in se stessa un principio di obbedienza che la spinge ad adeguarsi alla direttiva della legge (cf. *ibid.* n. 60; *Dominum et vivificantem*, n. 43)» (*ibid.*, n. 6).

tates administrorum iustitiae, formalismum uti dicunt iuridicum, certitudinem moralem, ecc.

Nec meus discursus expositio est thematicè ordinata.

Spero, tamen, pronuntiationes supra in ordine chronologico expositas sufficienter demonstrare momentum quod in Allocutionibus Romanorum Pontificum veritati obiectivae tribuitur pro iustitia apud tribunalia ecclesiastica administranda, atque invitare ad recogitationes et profundius studium in materia. Id enim, solummodo in luce ponere intendebam.

Iam ex superficiali citatorum textuum inspectione, enim, patet iuxta constans Magisterium Pontificium non esse iustitiam in ordine salvifico quae veritati — veritati scilicet legis, praesertim divinae, atque veritati factorum — non respondeat. Exinde respectanda et immo colenda est quam maxime veritas apud tribunalia ecclesiastica ut fulgeat iustitia.

O minor Vobis ut id efficere valeatis.

✠ ZENON GROCHOLEWSKI